Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

432 ostendit. cum subdit: Fecit rex salemon
ducenta scuta de auro puro. Ducenta scuta
rex salemon de auro puro facit, cum christus
veteris ac novi testamenti predicatores veri sapien
tie et intelligentie decore componit. Qui be
ne per scuta denotantur, quia id quod continetur per
hoc quod continet plerumque figuratur. Omnis enim
sermo domini ignitus est clipeus sperantibus in se.
Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti
unius. Sexcenti auri sicli in laminas scuti
unius dantur, cum v libris moysi et prophetarum
scriptis, veteris testamenti predicatio diversitate
sententiarum quasi laminarum, in unitate fidei
et veritatis catholice compingitur. Trecente
pelte ex auro puro fiunt, cum doctrine novi
testamenti ex scriptis euangelistarum, apostolorum et exposi
torum edite, in vera sapientia fidei et veritatis
consistunt. Trecente mine auri unam peltam
vestiunt, dum auctoritates euangelistarum, apostolorum
et expositorum predicationem novi testamenti
muniunt. Posuitque ea rex in domo saltus
lybani. Ducenta scuta ut trecente pelte
in domo saltus lybani ponuntur, quia omnis
predicatio veteris ac novi testamenti in sancta ecclesia
de gentibus collecta reponitur, qua omnis he
reticorum et adversariorum perversitas repellitur. De
hac domo saltus lybani per esaiam dicitur:
Et elam sumpsit pharetram, currum hominis
equitis, et parietem nudabit clypeus. Et
erunt electe valles tue plene quadrigarum,
et equites ponent sedes suas in porta, et re
velabunt operimentum iude, et videbitis in
illa die armamentarium domus saltus, et
scissuras civitatis david videbitis, quia mul
tiplicate sunt. Elam oppositus ut abiectus
interpretatur, quo nomine salvator designatur,
qui in humilitate et abiectione assumpte
humanitatis superbie et malicie antiqui
hostis opponitur. Elam pharetram sumpsit,
cum filius dei humanitatis formam induit,

de qua vite de pharetra sua predicationis et sal
vationis sue sagittas emisit. De qua pharetra
ipse filius dei per esaiam dicit: Dominus ab utero vo
cavit me, de ventre matris mee recordatus est
nominis mei, et posuit me sicut sagittam electam,
in pharetra sua abscondit me. Elam currum
hominis equitis sumpsit, dum filius dei coniunc
tionem illam anime rationalis et humane carnis
in utero virginis matris virtute et operatione sancti spiritus
formavit. Homo enim eques ipse fuit, qui solus
sine peccato conceptus et natus in hunc
mundum prodiit, qui sue divinitatis poten
tia assumpte humanitati ad redemptionem
mundi presedit. Parietem clypeus nudabit,
quia mortalitatem assumpte humanitatis mys
terium crucis revelabit, in quo deus homo mo
riendo triumphavit. Et erunt electe valles
tue plene quadrigarum. Valles electe sunt
diverse ecclesie, que unam faciunt societatem profes
sionis catholice. Que plene quadrigarum
future esse memorantur, quia diffuse per mundum ac
ecclesie in unitate fidei et veritatis catholice mul
titudine et habundantia predicatorum et doctorum
fidelium gloriantur. De quibus quadrigis dicitur
in canticis: Anima mea conturbavit me propter
quadrigas aminadab. Et equites ponent se
des suas in porta. Equites in porta sedes suas
ponent, quia perfecte deo militantes, et carnem suam
virtute spiritus refrenantes, habitationes suas
per mundi latitudinem in sancta ecclesia disponent.
Que nimirum sancta ecclesia per portam figuratur, quia
per eam celestis regni introitus reseratur. Equites
in porta sedes suas ponunt, dum fideles in
sancte ecclesie societate continentie proposito dica
ti, impugnantibus se adversariis spiritibus nequi
ciis, scutum fidei opponunt, quo omnia tela
earum ignita restinguunt. Equites sedes suas
in porta ponunt, dum electi sancte ecclesie ad
repugnandum habentes omnem apparatum veteris
ac nove scientie, scutum sue defensionis here